

1263, abril, 24

*Ermessenda, esposa de Bernat de Puig, de Franciac, redimida del domini de l'abat de Breda, es fa dona pròpia de Sant Daniel.*

ASD núm. 190, perg. orig., 45 x 248 mm.

Sit notum cunctis quod ego Ermesendis uxor Bernardi de ipso Podio de Franciliacho, absoluta ab abbate Sancti Saluatoris de Breda, fado meipsam <feminam> Sancti Danielis Gerunde in manu et potestate abbatisse eiusdem Sancti Danielis cum omnibus meis prolis et bonis habitis et habendis, promittendo eciam tibi dicte abbatisse, licet te absente tamquam presentem et tocius conuentus Sancti Danielis esse fidelis et legalis in omnibus.

Actum est hoc .VIII. kalendas madii anno Domini .MCCLX. tercio.

Sig+num Ermesendis iamdicte, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Poncii de Ioualle. Sig+num Guilielmi Poncii, presbiteri de Riuolutorum. Sig+num Guilielmi Fortis de Franciliacho, huius rei testes.

(s. man.) Guilielmus de Undare, presbiteri et ebdomadarii Sancti Stephani de Riuolutorum, qui hoc scripsit cum litteris suprascriptis in .II. linea, ubi dicitur "prolis" et die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 399